



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XLIII. Werner von der Schulenburg und Heinrich von Bodenstede
bekunden, daß Arnold von Bodenstede einen Hof zu Vissum verkauft
habe, am 1. April 1295.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

Preposituram Soltwedele singulis diebus dominicis et festiuis, usque ad satisfactionem congruam publicari. In omnium igitur premissorum testimonium presens scriptum nostro sigillo mandauimus communiri. Datum Verde, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, Kalendis augusti.

Aus den Vaticanischen Regesten P. Nicolans V. Bgl. dessen Bestätigung vom 15. März 1453.

XLIII. Werner von der Schulenburg und Heinrich von Bodenstede bekunden, daß Arnold von Bodenstede einen Hof zu Bissum verkauft habe, am 1. April 1295.

Nos Wernerus de Schulenborch, Hinricus de Bodenstede, milites, omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, solent scripti testimonio perhennari. Nos itaque recognoscimus et publice protestamur, quod Arnoldus, filius Arnoldi militis bone memorie, dicti de Bodenstede, vendidit Iohanni dicto Homan, nec non Bernardo dicto de Blekede curiam sitam in villa Visczem pro IX marcis Stendal. soluentem annuatim in redditibus II choros siliginis minus modio et XXVII denarios ac pullum cum decima, quam dictus Arnoldus contulit pretactis duabus personis una manu iure pheodali, tali tamen conditione adjecta, quod si prefatus Arnoldus infra hinc et proximo die B. Martini Episcopi nunc venturo prelibato Iohanni et Bernardo prenominatam pecuniam vel aliquis suorum fratrum medio tempore non restituerunt pro eo, tunc sepedicti prefatam curiam iure pheodali possidebunt sine seruitio et cum omni iure. In hujus rei testimonium euidentis (presens) scriptum sigillorum nostrorum appensione duximus firmiter roborandum. Datum anno domini M^o. CC^o. XCV^o., in bona sexta feria.

Gercken's Diplom. I, 284. — Extr. hier B. V, S. 306.

XLIV. Markgraf Otto schenkt dem heil. Geist-Kloster in Salzwedel das Patronat der Kirche zu Altmersleben, am 14. August 1295.

In nomine Domini Amen. Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus et istius scripture testimonio protestamur, quod nos Jus patronatus ecclesie in Altmersleben cum omnibus attinentibus et sicut vir probatus Dominus Henricus, nunc ejusdem ecclesie plebanus, eam possidet, sacro collegio fratrum in ecclesia sancti spiritus apud Soltwedele pure et simpliciter propter Deum donauimus eo modo, ut cum primum eam quocunque modo vacare contigerit, predicti fratres eam per aliquem de confratribus suis officianti et utilitates suas de ea qualitercunque faciendi liberam habeant facultatem. Supra dictum igitur sacrum collegium procurabit, quod in predicta ecclesia sancti spiritus ad determinatum altare in memoriam et piam recordationem omnium predecessorum nostrorum singulis diebus ferialibus fiat una missa pro defunctis. Ut autem hec nostra donatio perpetua permaneat et a posteris nostris inuolabilis perseueret, in testimonium euidentis presentes literas iussimus scribi et tam testium subscriptione quam etiam sigilli